

nostrum, æternum illum, omnipotentem & misericordem, nostri amantissimum, ac proinde de nobis maximè semper, sollicitum. Hic est Angelorum Dominus, cuius illi mandatis obtemperant, cuius voluntati obediunt, cuius iussa protenus expediunt, neque enim cunctantur, quin etiam in manibus nos tollant. *Summa ergò majestas mandavit* (ita concludit Bernardus) *Angelis suis mandavit, illis utiq;* (quod secundum est) *sublimibus tam beatis, tam proximis sibi coherentibus, & verè domesticis DEI: quod expresse confirmavit noster Salvator dicens* *Εν ε' εφ' νοϊσ δια παντες βλέπειν τε προςωπον τε Πατροσ τε εν ε' εφ' νοϊσ, Matb. XII. v. 10.* Quantum itaque caducis præstant æterna, tanto quoq; antecellunt ministri angelici ministris Salomonis *1. Reg. X, 8.* & magni Monarchæ Xerxis *Esther. 1, 14.* Videbant hi quidem faciem suorum Regum, sed non ampliùs vident, quia utriq; mortem obierunt; temporaria fuit felicitas, non perpetua; nec perfectã, sed aliã, nempe duraturã atque æternã perficienda:

Tantæ ergo dignationis spiritus nobis *miserrimis* mortali-  
 um inservire iussit DEUS amori fluus, *putribus* vermib<sup>9</sup>, *faccis*  
*stercoreis*, *vasis fragilibus*, *testis lutosis*, animalibus summè *calami-*  
*tosis: non ut potentiam suam contra* (v) *folium, quod vento abripitur,*  
*ostendant, non ut stipulam siccam persequantur, non ut veluti tigris*  
*aspera Gætulufvè leo nos frangant; sed ut custodiant nos in*  
*omnibus viis nostris, tantãq; curationis sollicitudine, ut ne ad*  
*lapidem quidem vel minimum pedis digitum offendamus, ut*  
*pungentibus etiam* *aspidibus & venenantibus basiliscis* absq; ul-  
 la vulnerationis & punctiunculæ noxa in ambulemus. *Summis*  
 enim (ita loquitur Noster) *triticum inter Zizania, granum inter*  
*paleas, liliu inter spinas.* Custodes itaque addidit nostræ custo-  
 diae *parum tute, parum utili, valde fragili, planè insufficienti: nempe*  
*etiam ipsi, qui videntur muri aut in muro ipso columnæ bis custodibus e-*  
*gent vel maximè: excubitores* (ξ) *illi sæpius dormiunt, (ο) quando*  
 que ad rabiosos Cerberi clamores & rictus *obmutescunt; neque*  
 (v) loquitur cum Job, c. XIII, 25. *cum*  
 (ξ) Jesaiæ LVII, 6: (ο) cap. LVI, 10.